



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

VIII. Der Rath zu Berlin erläßt den Tuchmachern den Zins von Ländereien
auf dem Wedding zum Besten eines Altars in der Marienkirche, am 27.
August 1326.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

VIII. Der Rath zu Berlin erläßt den Tuchmachern den Zins von Fändereien auf dem Wedding zum Besten eines Altars in der Marienkirche, am 27. August 1326.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis amen. Quoniam ea que in tempore fiunt, ne cum lapsu temporis evanescant, expedit ut ipsa subscriptione testium idoneorum aut serie litterarum authenticarum perhennentur. Ad memoriam igitur presentium et futurorum volumus pervenire, quod nos Petrus de Lyzene dominus(?) et Nicolaus de Asperstede, magistri Consulium in Berlin, nec non Joannes Lange dominus(?) et Willekinus, dictus Kreyenus, Johann de Heckelwercke, Arnoldus de Schonenhusen, Petrus de Moscov, Theodericus de Wardenbergk, Conradus de Beliz, Jacobus de Rateno, Joannes de Lycene, nec non Hermannus de Wildenbruke, nostri confodales, ejusdem consulatus voluntate, habentes consensum nostrorum predecessorum consulium, Censum agrorum et pratorum in Weddinge nostrorum pannificum in Berlin commorantium, quem ipsi nobis singulis annis ad festum Beati Martini perpetuis temporibus de obdictis dare et solvere ut successoribus nostris confueverunt, dimissis ipsis et dimittimus in his scriptis volentes ipsos esse quitos et liberos omnimodo a predictorum agrorum et pratorum census solutione, quibus altare ipsorum ex parte est dotatum, quod construxerunt in ecclesia Sancte Marie in novo foro in honorem Sancti Mauricii consecratum, adjutorio pauperum exulum procuratorum, qui in novo foro sunt constituti, ut participes nos simus successoresque et predecessores nostri omnium missarum oracionumque et operum bonorum, que singulis diebus in (ipso) ipso fiunt altari, cum merito honore domus Dei diligere debeamus et in quantum possumus in diebus nostris beneficiorum donacionibus exaltari, quod pannifices solummodo conferre huc(?) debent et tenentur ipso rectore vacante. Ut autem predicta per nos aut successores nostros nequeant violari quoquomodo, presens scriptum dedimus in evidens testimonium nostro sigillo communitum. Actum et Datum Berlin, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, in die Ruffi martiris.

Aus Schmidt's Memorab. Berol. Dec. III, S. 2 und Rißter a. a. D. II, 442.

IX. Markgraf Ludwig der Aeltere bestätigt eine Schenkung Jordans von Hekelwerk für den Jakobs-Altar in der Nikolaiskirche zu Berlin, am 12. März 1327.

In nomine domini amen. Nos Lodouicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio — recognoscimus — quod propter Deum et nostrorum peccatorum salutare remedium atque misericordia discreti viri Jordani de Hekelwerk, ciuis nostri de Berlin, dedimus et per presentes solempniter donauimus proprietatem omnimodam et plenam super sex talentorum redditus in moneta nostra berlinensi, que dictus Jordan, pro diuino suo remedio, ad altare sancti Jacobi in Ecclesia sancti Nicolai in Berlin apposuit perpetuis temporibus permanendam. Renunciamus igitur dictis sex talentis, proprietati et iuribus nobis competentibus ad talenta predicta, factentes expresse, quod predictus Jordanus et sui heredes dicti altaris ius habere debeant presen-